

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 2512

**Auteur(s)** : Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1285, août

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Lettres d'amortissement accordées à l'Hôtel-Dieu de Coutances par Philippe III, dit le Hardi, roi de France.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXII, p. 102-104.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod, cum prior et fratres domus Dei Constanciensis finaverint cum ballivo nostro Constanciensi, finacionem hujusmodi recipiente pro nobis, super habendis, tenendis et possidendis in posterum ab ipsis et eorum in eadem domo successoribus, rebus ab ipsis acquisitis inferius nominatis, videlicet : decem quarteriis frumenti ad mensuram ville de Querquevilla annui redditus, novem gallinis, duodecim denariis turonensibus et octoginta ovis, ex dono Michaelis de Porta, apud Querquevillam in feodo Guillelmi de Vauvilla, militis. Item sex boissellis frumenti, ad mensuram de Briquevilla, duobus quarteriis ad mensuram Constanciensem, duabus gallinis et tribus denariis, ex dono magistri Radulfi de Quibouc, canonici Constanciensis, apud Briquevillam, in feodo Johannis de Pyrou, militis, ratione Johanne, uxoris sue. Item uno quarterio frumenti, uno boissello frumenti ad mensuram Constanciensem, duobus boissellis ad mensuram de Briquevilla, uno capone ibidem, ex dono Guillelmi le Chiporel, in feodo nostro. Item apud Aubigneium, in feodo nostro, duobus boissellis frumenti, ex dono Agnetis Peinel. Item duobus boissellis frumenti et uno denario apud Freville, ex dono magistri Johannis de Boisseia. Item uno quarterio frumenti apud Querquebu, ex dono magistri Henrici Doucet et ejus uxoris, in feodo nostro. Item apud Morevillam, uno boissello ordeï, sex solidis et uno denario pro pane annui redditus, ex dono fratris Roberti Neel, et viginti quarteriis frumenti ad mensuram dicte ville, ex dono ejusdem, de feodo Radulfi de Annevilla. Item, apud Heuguevillam, octo quarteriis, duobus boissellis frumenti, ad mensuram dicte ville, quinque caponibus, quatuor gallinis, tredecim denariis et sexaginta ovis, ex dono Radulfi Fauvel et Johanne ejus uxoris, de feodo magistri Johannis Grosparmi, canonici Constanciensis. Item, apud sanctum Julianum de Orvilla, uno bussello frumenti, ex dono Guillelmi Le Popon. Item, apud Constancias, tribus bussellis frumenti, ad mensuram Constanciensem, ex dono Michaelis de Porta, in feodo Hugonis de Haia militis. Item, apud Monthuechon, quinque boissellis frumenti, ex dono Gaufridi Langevin et Mathildis ejus uxoris, in feodo Radulfi de Croleio, militis. Item, apud Ceresium, tribus boissellis et dimidio frumenti, una gallina et decem ovis, ex dono ejusdem Gaufridi Langevin, in feodo Johannis de Monthuechon.

Item, apud Rotundam Hayam, uno quarterio frumenti, quatuordecim solidis, quinque denariis et quinque gallinis, ex dono Thome Pytebout. Item, apud Gorgias, duobus boissellis frumenti, ex dono Thome Pagani. Item, apud Sanctum Mauricum, tribus solidis et una gallina, ex dono Johannis de Argentiis, militis, et de ejus feodo. Item, apud Sanctum Laudum de Orevilla, decem quarteriis frumenti, decem et septem gallinis, viginti duobus denariis, ex dono fratris Nicholai Fouquout, presbyteri, in feodo Thome Neel, scutiferi. Item, apud Sanctum Laurentium de Rauvilla, tribus boissellis frumenti, ex dono Johannis de Karetot presbyteri, in feodo domini de Nigelli humo. Item, ibidem, duobus solidis, una gallina, uno denario pro pane, ex dono Guillelmi de Karetot clerici. Item, ibidem, novem solidis, novem denariis, duabus gallinis, tribus denariis pro pane, et decem ovis, ex dono Nicholai de Karetot, clerici. Item, apud Sanctum Salvatorem Lendelin, sex solidis, uno denario, ex dono Petri Legras, clerici. Item, apud Constancias, sex boissellis frumenti, tribus solidis, una gallina et uno denario, ex dono Gaufridi Mauferas et EGINE ejus uxoris, in feodo suo. Item, apud Esnergievillam, tribus boissellis frumenti, ex dono Galteri Le Bochu. Item, apud Sauceium, uno boissello ordei, et uno denario, ex dono Thome Fernagu. Item, apud Campum Motosum, novem quarteriis, uno boissello frumenti et quinque gallinis, ex dono Thomassie, relicte Guillelmi Brisebarre, in feodo Petri de Sola, militis. Item, apud Ouvillam, duobus boissellis frumenti, ex dono Johannis Le Felones, in feodo Fulconis Paganelli, militis. Item, apud Briquevillam la Blouete, uno boissello frumenti ex venditione priori et fratribus domus Dei Constanciensis predictis facta per Petrum Grerart. Item, apud Aubigneium, tribus bussellis frumenti, duabus gallinis et uno denario, ex venditione Agnetis Peinel, in feodo nostro. Item, apud Querquebu, tribus boissellis frumenti, ex venditione magistri Henrici Doucet et ejus uxoris, in feodo nostro. Item, apud Morevillam, quinque boissellis frumenti, ad mensuram dicte ville, ex venditione Marie, relicte dicti Le Faiun. Item, apud Constancias, duobus boissellis frumenti, ex venditione Gilleberti de Fonte, in feodo Odonis de Ponte, scutiferi. Item, ibidem, duobus boissellis frumenti et dimidio frumenti et duobus denariis, ex venditione Henrici de Heuguevilla. Item, apud Sanctum Laudum de Orevilla, tribus boissellis frumenti, ex venditione Rogeri Pelart, in feodo Thome Neel. Item, apud Sanctum Salvatorem Lendelin, duobus boissellis frumenti, ex venditione Johannis Lamirant. Item, apud Energievillam, duobus boissellis frumenti, ex venditione Michaelis de Quesneto. Item, ibidem, uno boissello et dimidio frumenti, ex venditione Nicholai Debert. Item, apud Constancias, sex boissellis frumenti, una gallina et uno denario, ex venditione Johannis Clementis, in feodo Odonis de Ponte. Item, apud Fontennetum in plano, uno gardino, cum terra in qua situm est, continente duas virgatas terre vel circa, ex dono Nicholai de Soromonte. Item, ibidem, duabus virgatis terre arabilis, ex dono ejusdem Nicholai. Item, apud Constancias, novem virgatis terre vel circa, ex dono Willelmi de Desert (?). Item, ibidem, decem et octo virgatis terre vel circa, ex dono Roberti de Bosco. Item, ibidem, sex virgatis terre, ex escambio Petri, Rogeri et Roberti, dictorum les Heudouins. Item, ibidem, duabus virgatis terre, ex venditione Guillelme filie Nicholai de Turre. Item, apud Morevillam, duabus partibus cujusdam virgate terre, ex venditione Robeline La Rosée — Nos, finationem hujus modi ratam et gratam habentes, concedimus, quantum in nobis est, quod prior et fratres predicti, et eorum in dicta domo successores, omnes res predictas perpetuo teneant et possideant pacifice et quiete, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense Augusto.